

domino Francisco, abbati s. Elhonis, congregationis Benedictinae Argentinensis assistenti, dignissimo domino meo patri colendissimo, ad s. Ethonem.

Reverend. praesul, amplissime domine. Adiunctas reverend. dominus visitator mihi, ut per proprium mitantur, recommendavit, meis committari volui, ut preces et obsequia mea reverend. paternitati vestrae deferrem. Intellego, reverend. paternitatem vestram in sua praetensione adhuc constanter persistere, imo novum meditari forum ad controversiae nostrae decisionem. Patientia? oportet ferre, quod emendari non potest. Ex parte mea protestor, me sumptuum, forte etiam scandalorum ac praeiudicii, quod inde toti congregationi (ut me monet reverend. dominus visitator) enasci potest, nullam omnino culpam ferre. Praetensum debitum* noviter electus agnoscere non potui sine consilio meorum conventualium, qui adhuc volunt, debitum pridem iam esse solutum. Idque testatur propria manus pie memoriae abbatis Thobiae; qui cum vir integerrimus fuerit, citra propriam ignominiam permittere non possum, ut illius fama periculo exponatur. Vel enim verum scripsit, quod debitum est solutum, vel falsum scripsit, ergo contra constantem omnium famam non fuit vir integerrimus. Ex superabundanti reverend. paternitati vestrae obtuli tractatum concordiae, sed responsum mihi est, rem non esse amplius integram. Deinceps anxius ecclesiasticas et saeculares consului, qui me in conscientia pronuntiarunt tutissimum, in foro externo bene sperare iusserunt. Unum est, quod cumulo miseriarum mearum accedit, me ratione huius debili iucundissima familiaritate, confidentia, solatio et consilio reverend. paternitatis vestrae in meis necessitatibus gaudere et fieri non posse, qua illam ad me vocare non audeo, accedere utcumque erubesco. Interim labuntur dies et menses, controversia nostra manet indecisa, et forsans adhuc diutissime sine pacifica compositione manebit. Haec ex scrinio cordis mei. Reverend. paternitatem vestram et actionem nostram dubiam bono deo committo, ac permaneo reverend. paternitatis vestrae servus in Christo humillimus f. Blasius, electus abbas Schutteranus**, raptim ex Schuttera die 21. Julii 1659.

* Bezieht sich auf die oben S. 191 erwähnte Schuld des Klosters Schutteren an Ettenheim-Münster.

** Gerbert, hist. Silvae Nigrae tom II. p. 414, sagt von Abt Blasius Sarwey, er sei Baden-Badischer Rath gewesen und bei dem Markgrafen Wilhelm und dem Bischof Franz Egon von Fürstenberg in großer Gnade gestanden. Er habe ein diarium, studioso confectum, hinterlassen. Dieses hatte Gerbert gekannt, jetzt ist

(l. s.) Modo Schwarzachio redii, ubi me praeterito die toto in negotiis monasterii Schutterani detinui.

Ganz eigenhändiger Brief im Original in dem Ettenheim-Münster. Briefbuche Nr. 7 (Copie Nr. 329*).

53. Schreiben des Abtes Blasius Sarwey von Schutteren an den Abt Franz von Ettenh., d. d. Schutteren, ohne Datum [23—29. Juli 1659].

Reverend. et amplissimo domino Francisco, percelebris monasterii ad s. Ethonem abbati, congregationis Benedictini Argentinensis assistenti meritissimo, domino meo colendissimo, ad s. Ethonem.

Reverend. in Christo pater, amplissime praesul, domine colendissime. Non est, quod reverend. paternitas vestra suspicetur, me in controversia nostra alienum aucupari favorem. Scripsi simpliciter pro consilio ad reverend. visitatorem, ne quid temerario agam, et sic fama integerrimi viri abbatis Thobiae*, pie memoriae, periclitetur. Causae meae bonae nullatenus diffido, sed cum meis constanter teneo, me in foro poli** a praetense debito absolutum et tutum, quidquid sit in foro fori, in quo vel propria iuristarum confessione certum est, summam iustitiam non nunquam summam esse iniuriam. Utrum propria abbatis Thobiae manus sit pro foro fori in forma probante parum refert, dummodo sit in forma probante, pro foro poli. Haec bona fide citra ullius praeiudicium scribo, haud enim ignoro, duas e diametro oppositas sententias etc. haud posse simul esse probabiles, alteram in foro conscientiae, alteram in foro hominum, propter auctoritatem extraneam etc. Ego cum foro conscientiae securius teneo. Caeterum pacifica transactio adhuc placet, locum et diem a reverend. paternitate vestra determinandum exspecto ad persuadendum mihi, ut huic transactioni unus meorum conventualium intersit. Forsans opus non fuisset reverend. visitatorem interpellare simplex admonitio reverend. paternitatis vestrae (quam ex animo veneror et magni facio) suffecisset. Hisce, donec nos deus coniungat, me reverend. paternitati vestrae demisse commendo et constanter permaneo. Reverend.

dasselbe, wie es scheint, verloren. Seine Handschrift gibt Gerbert l. l. an.

* Der Abt Dr. Thobias Nösch in Schutteren von 1624—38 war auch von St. Blasien postulirt worden.

** Forum poli ist, wie aus dem Folgenden hervorgeht, so viel als forum conscientiae, welches Ducange für forum poenitentiae erklärt. Polus ist aber in der Bedeutung coelum zu erklären und etwa mit jüngstem Gerichte zu übersetzen; forum fori ist gleich forum hominum.